

## De sancta

liter dicere pertimesco Quoddam enim  
 signum terribile in ea vidi et continuo robur  
 one amisi. Tunc Ciprianus eum derides  
 dimisit et ipsum principem demonum aduocauit  
 Cumque venisset dixit ad eum. Que est vir-  
 tus vestra tam modica ut vincat ab vna pul-  
 ella. Dixit ei demō. Ecce egrediens varijs  
 febribus eam verato: animūque eius ardentius  
 inflamabo et totū eius cor vehemētē ardore  
 spergā et freneticā illā faciā et varia sibi san-  
 tasmata offerā. et media nocte eam tibi ad-  
 ducam. Tunc dyabolus in spem virginis  
 se transfurauit ad virginem veniens dixit  
 Ecce ad te venio: et tecum in castitate viue-  
 re concupisco. verū tamen die queso quam  
 nostri certaminis merces erit. Cui scā vir-  
 go rēdit. Merces quidem multa: labor mo-  
 dius. Quid est ergo quod deus precepit:  
 Crescite et multiplicamini et replete terram  
 Time ergo o bona socia. quia si in virginitate  
 manserimus. verbis dei iram facimus.  
 et velut prementes et inobedientes in gra-  
 ue iudicium decidemus. Et vnde videbat  
 mur sperare premium. graue incurremus  
 tormentum. Cepit autem cor virginis  
 prauis cogitationibus concuti: et ardore  
 cupiscentie fortius inflamari. Iamque ut iam  
 surgens abire vellet. Tunc sancta virgo ad  
 se reuersa: et quis esset qui secum loqueretur  
 intelligens: continuo se signo crucis muni-  
 uit et in dyabolus sufflans ipsum in stat. cere  
 tinus liquefecit: et ab omni temptatione sta-  
 tim liberatam se sensit. Post modicum dyabo-  
 lus in specie iuuenis pulcherrimi se trans-  
 figurauit. et thalamum eius ingrediens cum  
 ipsa in lectulo esset impudenter in eius lec-  
 tulum profiliuit: et in eius amplexus ruer-  
 re voluit. Quod videns Justina: et malig-  
 num spiritum adesse cognoscens: mox signum  
 crucis edidit et in stat. cere dyabolum liqui-  
 fecit. Tunc dyabolus permittente deo febri-  
 bus fatigans et plures cum gregibus armen-  
 tis occidens. maximam mortalitatem in tota  
 antiochia futuram predicabat. nisi Justina  
 coniugio consentiret Quapropter tota ci-

## Justina

uitas morbo languens ad ianuam parentum  
 Justine conuenit: clamans ut Justina con-  
 iugio traderent. Sed cum Justina nullatenus  
 consentiret et ex hoc mortem eide om-  
 nes minarentur: septimo anno mortalita-  
 tis ipsa pro eis orauit et omnem pestilentiam  
 am pulsaui. Videns dyabolus quod nihil  
 proficeret: in formam Justine se transmutauit  
 ut famam Justine pollueret et Cipri-  
 anum deludens se Justina ad eum duxisse  
 se iactauit. Pergens igitur dyabolus ad Ci-  
 prianum in specie Justine. ad ipsum cucurrit  
 et cum quasi que eius amore langueret of-  
 sculari voluit Quam Ciprianus videns  
 Justina esse credens in gaudio ait. Huius  
 venisti Justina omnium feminatum decora.  
 Non ut Ciprianus nomen Justine nomi-  
 nauit: dyabolus illud ferre non potuit: sed  
 ad eius plationem instar fumi euauit Quia  
 propter Ciprianus delusum se videns: tri-  
 stis remansit. vnde et amplius in amore  
 Justine estuans: ad hostium ipsius diu vi-  
 gilauit. et quandoque in feminam quantocumque  
 in aem se ut videbatur arte magica pmu-  
 tans. cum venisset ad hostium virginis. ne-  
 que femina neque auis: sed Ciprianus pro-  
 tinus apparebat. Adcladius quoque arte dyabo-  
 lica mutatus in passerem: cum ad fenestram  
 Justine volasset: mox ut virgo cum aspexit  
 non passer sed Adcladius apparuit: angusti-  
 ari nimis cepit ac tremere quia nec fugere  
 poterat nec salire. Timens vero Justina ne  
 caderet et creparet eum per scalam tempore se-  
 cit admonens ut a sua vesania cessaret: ne  
 iuxta leges tanquam maleficus puniretur. vi-  
 ctus ergo per omnia dyabolus ad Ciprianum  
 rediit et ante eum confusus stetit. Cui Cipi-  
 anus. Nunquid tu et victus es: Que est  
 miser virtus vestra ut vnam puellam non  
 possitis vincere: nec in eam potestatem ha-  
 bere. sed econuerso certe ipsa vos vincat et  
 tam miserabiliter vos prestat: Quid sem-  
 per multiloqui usque nunc estis et presumpti-  
 osi qui vnus inanis femine iam virtute  
 pulsi elingues ac impotentes penitus sine